7.)

c) Et c.

pugne

Thymo comes, princeps milicie et magister cum esset in acie belli et pugne, fertur imperator dixisse: "Vere Thymonem virum tam strennuum et bellicosum principem faciem proxima facultate se offerente." Statim post hec supervenerunt nuncii asserentes marchiam Misnensem vacare. Illico Thymo comes de Wittin per imperatorem evocatur et marchia Misnensi imperiali dono magnifice inbeneficiatur. Quo facto confestim rumor in castris imperatoris intonuit, quod isti de castro obsesso machinas imperatoris incendissent, quibus quantocius Thymo, marchio tunc Misnensis, occurrit atque ibidem in conflictu mox interiit. Quare expost filii sui Dedo et Conradus, licet ius in marchia Misnensi per mortem patris tunc habuissent, tamen propter repentinam mortem imperatoris et patris statim possessionem habere non poterant. Sed demum tempore Lotharii imperatoris Conradus filius eius eam pacifice acquisivit, ut infra dicetur.

Genealog. Hic acquisivit marchiam Lusacie +f. CCLIII.

missu

c) poterat c.

Primogenitus Thymonis.

Fredericus, primogenitus pater Thymonis, factus fuit maior prepositus ecclesie Magdeburgensis, postea Monasteriensis episcopus. Secundus, scilicet Dedo, obtinuit marchiam Odonis de Lusacia, qui sine heredibus mortuus fuit, ut supra dictum est. Istius Odonis meminit passio sancti Alberti, ubi dicitur: Odo pugnax marchio ~~lateris~~ laceris vexillis terga vertit. Hic Dedo duxit uxorem matrem Ottonis